MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (TEIL IV)

Zwettl, 1. Viertel 13. Jh. Seite 152r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31626
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

berlehem. a filio unius noctis usque ad filios duorum an
norum. Durat enim spatium est duorum annorum. Ymatos
enim grece annus dicitur latine. occisione parvulorum
passione figat omnium martirum. qui parvuli idem hu
miles et innocentes occisi sunt. a bimpitis quos sig
nificat herodes. Quod parvuli sunt occisi et Christus
[illegible] evasit. insinuat corpora quidem posse
[illegible] perimi. sed Christum per quo persecutio tota se
vit. nullatenus posse fidelibus auferri. Sive enim vivi
mus sive morimur domini sumus. Tunc adimpletum
est quod dictum est per prophetam ieremiam dicentem.
Vox in Rama audita est ploratus et ululatus multus.
Rachel plorans filios suos noluit consolari quia
non sunt. Queritur quomodo Rachel plorasse filios
suos. cum tribus iuda. que berlehem tenebat. non de ea
sed de sorore sua. lya fuerit orta. Solutio. Non tantum
in berlehem verum etiam in omnibus finibus eius sunt
trucidati. Tribus autem benyamin que de Rachel
orta est proxima fuit tribui iuda. Unde merito cre
di debet. multos de benyamin stirpe fuisse occisos
quos progenies rachel ploravit. vel quia Rachel
iuxta berlehem sepulta est. dicitur prophetico locutionis
more egisse ea que in loco eodem agebantur. Rama non
est loci nomen quod est iuxta gabaa. sed quia Rama inter
pretatur excelsum. talis est sensus. Vox in excelso
audita est. id est longe lateque dispersa. Ploravit au
tem filios progenies Rachel. et noluit consolari quia
non erant. idem super hoc quod mortui erant. Rachel in
genesi ecclesie typum pretulit. cuius vox et ploratus
auditur. Ecclesia autem plorat filios non idcirco quia peremp
tos doleret. sed quia ab his perimebantur quos primum genitos
suos retinere voluit. sed denique consolari noluit quia
dolebat. Non enim erant hi qui mortui putabantur.
In eternitatis enim profectum. premium gloriam efferebantur.
Consolatio autem rei amisse. erant prestanda non aucte.
Noluit ergo nec potuit consolari quia non sunt. idem
super id quod sint quia feliciter gaudent. Vel aliter. Ec
clesia cottidie plorat sanctorum ablatione de hoc seculo sed tamen
non vult consolari quia non sunt idem mortui sunt. ita
ut qui seculum morte vicerunt rursus ad seculi certamina
secum toleranda redeant.

Defuncto Herode ecce apparuit angelus domini
in somnis ioseph in egypto dicens. Surge
et accipe puerum et matrem eius. et vade in terram
israel. Defuncti sunt enim qui querebant animam
pueri. Ex hoc loco intelligimus scribas et sacerdotes
cum herode necem domini fuisse meditatos. Qui con
surgens accepit puerum et matrem eius et venit in

terram israel. Audiens autem quod archelaus regnaret
in iudea pro herode patre suo. timuit illo ire. Et admo
nitus in somnis. secessit in partes galilee. Audiens
ab angelo ioseph vade in terram israel. intellexit iudeam
vocari terram israel. presertim cum videret etiam talem puerum
non alicubi habitare nisi in iherusalem ubi erat templum
et celebratio prophetarum. Porro autem postquam illic comperit
regnare Archelaum. noluit obicere se illi periculo cum
posset terra israel etiam sic intelligi. ut et galylea illic de
putaretur quia et ipsa populus israel incolebat. Due autem sunt
galilee. una vicina tyriis. de quibus scriptum est galylee
gentium. altera circa tybiadim. et lacum genesareth. Et
veniens habitavit in civitate que vocatur nazareth.
ut adimpleretur quod dictum est per prophetas. quoniam Nazareus
vocabitur. Non dixisset pluraliter prophetas. si fixum
de scripturis posuisset exemplum. Ergo sensum
de scripturis accepit non verba. Nazareus enim.
sanctus interpretatur. et dominum omnis scripture sanctum dicunt.
Vel secundum Ysayam dici potest. Exiet virga de radice
yesse. et nazareus de radice eius ascendet. Pars iudee
in qua regnabat Archelaus antichristi sequaces signi
ficat. Porro nazareth galilee quo dominus transfertur. gen
tem que tunc temporis per fidem Christum est suscepta designat.

Sciendum est quod anno regni
Octaviani cesaris augusti xlii. qui secundus ro
manorum Rex regnavit annis l. et vi. et semis
Christus ihesus ut in prescriptorum chronicis reperitur. vi. mundi etates
suo consecravit adventu. assumendo carnem. et reg
ni eius anno xlv. herodes occidit pueros a bymatu et
infra. secundum tempus quod exquisierat a magis. Tradunt
etiam ipse hystorie eundem herodem morbo intercutis
aque et scatentibus toto corpore vermibus obisse misera
biliter anno imperii augusti. xlvi. i. anno secundo
post innocentium occisionem. Pro quo substituitur arche
laus filius eius. sub augusto regnavit annis novem.
id est usque ad ipsius augusti finem. Tunc iudeis accusantibus
eius ferocitatem. apud romanos passus est exilium. in vi
enna urbe gallie. De inde Romani ut regni iu
daici minuerent potentiam. divisa in quatuor par
tes provincia. tres fratres archelai eidem regioni prefecerunt.
Qui singuli a principatu quarte partis greco sermone
sunt tetrarche vocati. Ex quibus unus fuit herodes
qui iohannem decollavit. et in passione domini pylato
assensum prebuit. Secundus antipater. Tercius lysias quar
tus Phylippus. [illegible] s. ut scriptores temporum produnt.
Notandum tamen quorundam esse opinionem.
quod herodes evoluto anno. post Christi nativitatem.
occidit infantes. a bymatu et infra. Timebat enim.